Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75

Signatur: Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

A Capitlm

eius per que sui feruorem desiderii exp
mebat/ prudenciam q ac maturitatem
puelle sapientes & aduertentes/ stupere
ceperunt pariter & gaudere/ considerantes
puellam hanc corpore/ mente iam canam.
multas annis/ uirtutibus precedere/ coram
deo. Quapropter nimis hedificate & letificate
recedentes ab ea/ ad consocias redeuntes
que uiderant & audierant cum non paruo gau
dio retulere/ quod ille intelligentes. habito
prius consensu fratrum/ simul congregate
ipsam in sororem voto vnanimi ∧ perunt. vere
matrisque mutauerunt/ que quidem cito in ego
rum curata esset ab illa infirmitate/ ducerent
eam ad ecclesiam fratrum predicatorum/ ut patribus
omnibus sororibus/ & fratribus qui curam earum
gerebant. habitum beati dominici & dum ab ipsa
desiderauit/ suscepit iuxta morem. Quod
cum foret per matrem virgini nunciatum/ mox cum lacrimis gaudiosis gratias
retulit sponso suo. Almosque patri beato
dominico/ qui promissionem suam ducebat
actualiter ad effectum. Tunc cepit orare
non propter corpus/ sed propter mentis desiderium
adimplendum/ ut infirmitas illa corporea
cito terminaretur/ ne uotum suum tam diu
dilatum propter eam/ amplius differretur.
Et que prius in infirmitate gloriabatur corp
ris propter/ ipsamque pro sui amore sponsi li
bentissime sufferebat. Iam incipit atte
diari de illa/ precibusque assiduis pulsat
aures altissimi. quatenus absque mora infir
mitatem de corpore suo remoueat/ que
perfectionem uoti sui cordis impediebat/ quod
& factum est/ infra paucos enim dies fuit
curata quia sibi aliquid quod denegari fas
non erat ab illo/ cuius uoluntati se summo
cum studio conformabat/ quicquid namque pe
tebat & appetebat/ totum dirigebat in eum
quem omnibus anime sue uiribus diligebat
et ad cuius seruicium se totam obtulerat/ ac
totaliter mancipaverat/

Adueniente igitur sanitate/ licet adhuc ma
ter querere uideretur dilaciones. Instancia
tam & importunitate uirginis ipsam
nimium molestante. uentum est ad diem
& horam per diuinam prudenciam deputatas
in quibus habitum sanctum diu desideratum
accepit cum non parua leticia cordis sui/
Venerunt siquidem ad ecclesiam supradictam
mater & filia & patribus cunctis sororibus
simul & gaudentibus/ frater ille qui curam
earum pro tunc habebat sacram virginem
induit/ illud genus uestimentorum/ quod ad
innocencie humilitatis que indicium sancti
patres mei ferre statuerunt/ albi .s. & nigri
coloris/ ut albedo innocencie/ nigredo uero
responderet humilitati. Nec fuit meo
uidere aptior habitus cuiuscumque religionis
alterius/ qui habitum interiorem uirginis
huius sancte proprius designaret/ ipsa
enim totis conatibus proprium corpus mortifi
cabat exterius/ uitam hominis ueteris
cum mortifera superbia extinguendo/ quod
per colorem nigrum optime designatur/
uirginitatis sed innocenciam non tantum
corporis sed anime ut supradictum est compleui
ta/ ad sponsum eternum qui uera lux est
ut lucida fieret/ totis uiribus appropinquabat.
quod non nimis apte signabatur per albedinem.
Si autem uel totaliter niger uel totaliter
albus foret habitus eius/ non per illum nisi
horum alterum designaret/ quod si griseum uel potius.
seu cinereum colorem adhibuissent/ mor
tificacionem quidem posset representare sed non
lucidi ∧ mentis & puritatem ostendendo. In ∧ statem.
super sorores ille melius aduertissent.
numquam primum ipsum denegando sed habitum/
matri dedissent. Ipsa enim proprius aptius
quam ac dignius habitum illum portabat
quod ob ipse. Ille namque hanc castitatem
indiualem seruauerent. Sed innocencia tamen